www.e-rara.ch

# Eduardi Luidii Lithophylacii Britannici ichnographia

## Lhuyd, Edward

## Londini, 1699

**Zentralbibliothek Zürich**

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-30541

## Classis decima. Ichthyodontes scutellati.

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

# CLASSIS DECIMA ICHTHYODONTES SCUTELLATI. CAPS. XX

SCutellatos dicimus molares cujuscunqve generis piſcium dentes foſſiles: ſive ii orbiculati, umbonati, vel Scaphoides ſint; ut Bufonitæ; ſive anguloſi, ut qvi Rhombiſcus dicitur; ſive Leguminum fructus referant, ut ſiliqvaſtra. Hiſce qvidam fortuito in eadem capſula, acceſſere; rectius forſan ſuperioribus annumeranda: ut ſcalpellus, Acanthiodos, &c. Ichthyodontes autem Scutellati, in cretoſis & calcariis (maritimis puta Angliæ regionibus) nobis nondum comparuere. In Mediterraneis vero uti Oxonia, Northamptonia, Gloceſtria, Bercheria & Buckinghamia, cuſpidatis non minus copioſe eruuntur. Prioribus omnino deſiderari non audeo aſſerere, cum non eandem hactenus luſtrandi eas regiones, ac reliqvas occaſionem habuerim. At certe ſi dantur, neceſſe eſt aut rariores ſint, aut ſub alia qvadam ſpecie perſonati: qvod qvidem foſſilibus effigiatis ſubinde accidiſſe novimus. Multum enim diſtat Volvola, ſeu Entrochus fodinarum cretæ apud Cantianos, a vulgari ſeptentrionalium & occiduæ Britanniæ: nec propius conveniunt Aſtropodia, qvæ in Auſtralibus effodiutur cum iis, qvæ in plumbifod. Cumbriæ inveniri, ad Claſſem ſextam monuimus. Sed de hiſce alias.

† 1359. BUFONITES medius caſtanei coloris Melitenſium : ſeu caſtaneus minimum aut non omnino excavatus E *Melite* inſula ubi *Occhio di Serpe, ſeu oculis Serpentis* audit.

† 1360. Ejusdem ſpeciminum minorum congeries. *ibid.*

† 1361. Bufonites minor, è caſtaneo ſubfuſci coloris. *ibid.*

1362. Bufonites majuſcul9 atro rubens inſtar capſulæ glandis qvercinæ. *Act. Phil. Lond. Num.* 200. *fig.* 6. LapidisBufonis varietas prima apud *Anſoelmum Boëtium delineata.* p. 301. *Pietra di roſſo di figura circolare* Imperati p. 661. E Sabuleto *Faringd.*

1363. Bufonites medius orbiculatus ſeu vulgatior Anglicus coloris exalbidi. *Act. Phil. Lond. N.* 200. *fig.* 8. *ibid.*

1364. Idem paulo compreſſior hepatici coloris, alveolo rubiginoſo. *ibid.*

1365. Ejusdem varietas rotularis; ſive alveolo utrinqve donata. *Act. Phil. Lond. N.* 200. *fig.* 27. *ibid.*

1366. Pallidi coloris, macula centrali cruenta inſignis; nigra (vel atrorubenti) faſciola fimbriatus. *ibid.*

1367. Specimina paulo minora è fodinis *Garbordianis.*

1368. Mandibulæ foſſiles fragmentum cum adnatis tribus hujus ſpeciei Bufonitis. *Vede Act. Lond.* N. 200. *fig.* [illegible]. *ibid.*

1369. Varii coloris, nigri ſcilicet [illegible] hepatici, pallidi, cærulei, & variegati exemplaria è fodinis *Marchamenſibus.*

1370. Diverſæ magnitudinis fuſca, cæruleis maculis fœdata; è fodinis *Cobbleinis.*

1371. E Sabuletis juxta *ambulacra Academica*, fuſci etiam aut Hepatici coloris.

1372. Paulo minora. *Ejusdem fere coloris*, è fodina qvadam lapidum ad pagum *Haley.*

1373. Eleganter variegata è lapicidina *Middlefeldiana.*

1374. Hepatici coloris immaculata. E fodinis *Stunsfeldianis.*

1375. E lapicidinis *Witneienſibus, cum exemplaribus qbibusdam coloris anthracini.*

1376. Specimen exiguum è Lithotomiis *Sbbingd.* prope Burford.

1377. Exiguum mandibulæ fragmento adnaſcens, è fodinis *Marchamenſibus.*

1378. Minima exemplaria varii coloris & figuræ, è Sabuleto *Farindoniano.*

1379. Bufonites exiguus umbonatus, Turdi vulgaris denticulos molares referens. E fodina qvadam lapidum juxta *North-Leigh.*

1380. Idem caliculo ſtriato longiuſculo donatus. *Act. Phil. Lond. Num.* 200. *fig.* 11.

1381. Specimen majuſculum prope *Baſie's Leigh*, è medio ſaxo erutum.

1382. Bufonites orbiculatus rugoſus, ſeu à parte convexiori areola qvadam inſignitus. E *Sabuleto Faringdonenſi. Hujus ſpecimen minimum bide in Adverſariis Londinenſibus delineatum N.* 200. *fig.* 29.

1383. *Bu-*

1383. Buſonites TROCHILUS dictus; ſeu minor Trochili ad inſtar faſtigiatus *Act. Phil. Lond. Num.* 200. *fig.* 10. *ibid.*

1384. Buſonites Scaphoides extremo altero latiore *Act. Phil. Num.* 200. *fig* 12. *Pietra di Roſpo di figura ovale* Imperati. p. 661. E fodinis Witnienſibus. *Coloris ex anthracino ſubviridis.*

1385. Idem coloris exeburneo ad caſtaneum vergentis; cum aliis diverſorũ colorũ exemplaribus.

1386. E Sabuleto *Faringdon.*

1387. E lapicidinis *Marcham.*

1388. *Stunsfeldianis.*

1389. Coloris hepatici è fodina qvadam juxta *Middlefield* effoſſus.

1390. Specimen minus anthracinum è lapicidina *Halienſi.*

1391. Varia ejusdem coloris exemplaria è fodinis *Charltonianis.*

1392. Majuſcula è puteis *Garvordienſibus.*

1393. E lapicidina qvadam *Woodſtochiana.*

1394. Caſtanei coloris Uptoniæ juxta *Burfordiam* inventus.

1395. Variæ figuræ ſpecimina mandibulæ adhærentia; è fodinis *Stunsfeldianis.* *

1396. Eadem coloris anthracini è fodinis *Charltonianis.*

1397. Minima coloris hepatici; lapicidinis *Witneiæ* & *Stunsfeldiæ.*

1398. Buſonites ſcaphoides rugoſus, ſeu areola qvadam aſpera à parte convexiori exaratus. E Sabuleto *Faringdoniano.*

1399 Buſonites Scaphoides ad cylindrum paulo accedens. *ibid.* *

1400. Buſonitæ 1369. Specimina hepatici coloris; è lapicidinis *Bullingtonianis.*

1401. Minimi moduli; e fodinis *Charlburienſibus.*

1402. Paulo majora coloris fuſci; è fodinis *Brillianis* apud Buckinghamenſes.

1403. Juxta Hamburiam *Oxonienſium.*

1404. E fodina qvadam ad pagum *Langley* in eadem vicinia.

1405. Minima coloris anthracini; e lapicidina *Fritwellenſi.*

1406. Ejusdem coloris & magnitudinis; e fodinis *Thamenſib9.*

1407. *Dintonianis* medio itinere inter Thamiam & Ælsburiam apud Buckinghamenſes.

1408. Mandibulæ foſſilis fragmentum, buſonitis minimis anthracinis confertim clavellatum. *ibid.*

1409. Ejusdem ſpecimen minimis etiam colore ad granatum accedenti interſtinctum. E Sabuleto *Faringdonenſi.* *

1410. Idem cum Num. 1369. una cum Scaphoidis vulgaris fragmento, e Lithotomiis qvibusdam prope *Barnsley-Inn* apud *Glocestrenſes.*

1411. Minutioris moduli, coloris hepatici, e fodinis *Rancianis.* in *Northamptonia.*

1412. Scaphoidis & orbiculati medii ſpecimina varii colo-

coloris; è lapicidina *Deſburgenſi* in eodem comitatu.

1413. Bufonitæ orbiculati medii COMPAR, ſeu capſula inferior, vivente piſce, in mandibula condita. E ſabuleto *Faringd.*

1414. Bufonites ſiliculatus ſive longiuſculus incurvatæ figuræ minutam ſiliqvam non nihil referens. E fodina Coxalenſi juxta *Faringdoniam Coloris eſt anthracini vel ex atro ſubrubentis.* *

1415. Bufonites ad piſolithos accedens; ſeu nullatenus excavatus, formæ è globulari conoide; ad mucronem verſicolor. *In lapicidina* Witnienſi; *at ſemel tantum invenimus.* *

1416. Ichthyodos qvidam latiuſculus lamellatus; ab acuminato & margine & utroqve mucrone Acutella dictus. E lapicidina *Thamenſi.* *

1417. ACANTHIODOS, ſive Galæi Spinacis uel AcanthiæRondeletii, Dens foſſilis majuſculus *atrorubens.* E fodinis *Witnienſ.*

1418 E;usdem varietas altera, è fodina *Caſſvelliana*, Witneiæ vicina.

1419. Fragmenta; è fodinis *Thamenſibus*, coloris nigerrimi.

1420. Speciminis maximi fragmentum, è lapicidina *Brilliana* apud Buckinghamenſes.

1421. Acanthiodonti congener RHOMBISCUS major ſive uncialis. E fodina *Caſſvelliana* juxta Witneiam.

1422. Id. è fodina quadam Islip

1423. Fragmentum pellucidum, è lapicidina *Thamenſi.*

1424. Variæ magnitudinis, coloris plerunqve atrorubentis, è Sabuleto Faringdoniano.

1425. Teſtudineus macula pallide cærulea inſignitus. E lapicidinis *Charltonianis.*

1426. Authracinus, è fodinis *Garvordenſibus.*

1427. Rhombiſcus minor ſive medius, &c. *Act. Phil. Lond. N.* 200. *fig.* 15. Charltoniæ cum penultima.

1628. Coloris atrorubentis minimis adnumerandus. E fodinis *Marchamenſibus.*

1429. Teſtudinei; è lapicidina *Halienſi*, prope Witneiam.

1430. Minutulum ſpecimen juxta *Middlefield*, effoſſum.

1431. E lapicidina Dintoniana apud *Buckingamenſes* ubi copioſius qvam alibi obſervavimus.

1432. Fragmenta; è fodinis juxta *Witney* & *Middlefield.*

1433. OSTRACION majus ruſeſcens Faringdonenſium An forte Rhombus qvidam maximus ſpoliatus?

1434. Oſtracion minus olivacei fere coloris. è lapicidinis *Marcha.*

1435. Acanthiodonti affinis LUCERNARIA ſtriata, *ibid. Lamella eſt figuræ qvodammodo qvadratæ teſtudinis operculi fragmentum referens; inſtar rhombuli Laternæ pellucidæ; unde lucernariæ nomen ei tribuimus, qvamvis fractus ſit lapillus, an integer non ſatis conſtat.*

1436. Eadem è fodina *Witni.*

1436. SCAL-

1437. SCALPELLUS major anthracinus. E ſodina *Charlton*.

1438. Scalpellus minor verſicolor. ibid. Hujus iconem vide *in AdverſPhil. Lond. N.* 200. *F.* 16.

1439. Varia Ichthyodontium fragmenta, à vulgaribus calculis haud facile dignoſcenda. E fodinis *Marchamenſibus.*

1440. SILIQVASTRUM phaſeolatum ſeu ad phaſeoli valvula qvodam modo accedens. *Act. Phil. Lond. Num.* 200. *fig.* 1 E lapicidinis Witneienſibus. *Hoc ſpecimen qvod ipſum eſt cujus extat figura & deſcriptio in Act. Lond. ſuperne anthracini coloris eſt; ad marginem vireſcens, ſubtus rubiginoſum.*

1441. Idem coloris fuſci, radice h. e. rubiginoſa á parte inferiori appendice, ſpoliatum. E fodinis *Stunsfeldianis.*

1442. Ejusdem varietas altera. *Act. Phil. Lond. num.* 200. *fig.* 1. ibid. *

1443. Siliqvaſtrum phaſeolatum anguſtiſſimum *ibid.*

1444. Siliqvaſtrum tenue longiuſculum in dorſo ad cylindrum vergens.

1445. Siliqvaſtrum piſi ſiliqvam referens ſubviride vibrato margine inſignitum. *Act. Phil. Lond. N.* 200. E fodinis *Witneie.**

1446. Id. coloris anthracini. *ibid.*

1447. Specimen anguſtius è lapicidinis ad pagum *Gagingvvel* effoſſum.

1448. Latiuſculum ſeu lupini valvulo æmulum. *Act. Phil. Lond. N.* 200. *fig.* 2. E fodinis *Rancianis* in Northamptonia. *

1449. Omnium quotquot vidimus maximum; duas uncias (*Si qvadrantem excipias*) longitudine; latitudine unam complectens; coloris nigri radice ſpoliatam. E fodinis *Stunsfeldianis.*

1450. Mediocria, ſeu vulgatiora fuſci coloris exemplaria, *ibidem effoſſa.*

1451. Marmorea ſeu lævisſime expolita; coloris alias fuſci aut hepatici, alias è luteolo ſubviridis, variæ magnitudinis. *ibid.*

1452. Radice ſulculis transverſis leviter exarata. E lapicidinis *Garvordienſibus.*

1453. Num. 1439. Specimen majuſculum vulgare ſeu minus elimatum. E fodina *Graffionienſi* in Northamptonia.

1454. Fragmenta ad villam *Desburrough* in eodem Comitatu effoſſa.

1455. Fragmentum è lapicidina qvadam *Bracleia* oppido vicina.

1456. Lupinati ſpecimen minus, coloris è cinereo ſubfuſci; perpendiculari margine; argute admodum rugoſa; prope *Stoke-Bruon* in eodem Comitatu; *una cum fragmentis qvibusdam coloris anthracini, aut ex nigro & cæruleo variegati.*

1457. Ejusdem coloris anthracini prope *Sylveſton* in *Northamptonta* ibiddem *effoſſa.*

1458. E fodina *Friſvvelliana* apud Oxonienſes.

1459. Ex nigro Subviride, è lapicidinis *Charltonianis.*

1460. E

1460. E fuſco & cæruleo variegatum, prope *Enſamiam* aratro erutum.

1461. Specimina minutiora è fodinis *Stunsfeldianis*.

1462. *Witneienſibus*.

1463. Iuxta *Hanslip* in Northamptonia.

1464. E ſabuletis *Oxonienſibus* (*ubi raro admodum occurrit*) coloris ex fuſco ſubalbidi.

1465. Siliqvaſtrum luteum, &c.

1466. Siliqvaſtrum minimum vibratum. E lapicidina *Ranciana* Northamptoniæ.

1467 Siliqvaſtrum minus *gibboſum* ſubtenue, ſeu vulgari ſimile arcuatum anguſtius.

1468. E lapicidina *Bracleana in eadem provincia*.

1469. E fodinis *Witneienſibus* apud Oxonienſes.

1470. *Stunsfeldianis* ibid.

1471. Ejusdem varietas gibboſior *ad gibboſum tortile* accedens. *ibid.*

1472. E lapicidina qvadam juxta *Boughton* in Northampt.

1473. Siliqvaſtrum gibboſum ex albido rufeſcens, Sabuletorum radice inſigni donatum. E Sabuleto *Faringdoniano*.

1474. Varietas altera hepatici coloris *ibid*.

1475. Fuſci, è lapicidina *Garvordiana*.

1476. Siliqvaſtrum SILO condictum: ſeu recurviroſtrum gibboſum, ſtriga qvadam à dorſo ad mucronem procurrente. *Witneia* ſed rarius invenimus.

1477. Idem è fodinis *Stunsfeldiauis*.

1378. Lividi coloris (*Damſon colour*) è fodina *Desburgenſi* in Northamptonia.

1479. E Lapicidina qvadam ad viam Londinenſem prope *Barnsley Iun*. in Comitatu *Gloc*.

1480. Siliqvaſtrum gibboſum tortile. E Sabuletis *Oxonienſibus*.

1481. Siliqvaſtrum PORTELLARIA dictum, ſive gibboſnm marmoreum *Act. Soc. Reg. N. 200. fig.* 4. E lapicidina *Gavordiana*.

1482. Siliqvaſtrum tortile gibboſum, minutis punctulis ſubinde conſperſum, ſeu ſiliqvaſtrum marmoreum Punctularia tortilis dictum *Act*. S. *R. N. 200. fig.* 4 * E fodinis tegularum ad pagum *Stunsfield* prope *Wodſtochiam*.

1483. Varia *ex iisdem fodinis* ſpecimina: majuſcula minora, magis aut minus expolita; radice inſigni notanda, eadem ſpoliata; coloris nigri albidi, hepatici, ſubviridis aut variegati.

1484. Coloris exalbidi è lapicidinis *Marchamenſibus*.

1485. *Carvordianis*.

1486. Nigra maculis albidis, vel ſubcæruleis infecta; juxta *Rance*, *Stanwick*, *Rushden*, & alibi in *Northamptonia*, effoſſa.

1487. Siliqvaſtri tortilis gibboſi varietas, ad triangulare minus accedens; ob extremum alterum qvaſi obliqve reſectum, LIMULARIA dicta. E fodinis *Stunsfeldianis*.

1488. Siliqvaſtrum minus triangulum; ſeu minus, conchæ ad inſtar roſtellatum. *Act. Phil. Num.* 200. *fig 3*.

1489. E lapicidinis *Witneienſibus* ſpecimina alia, coloris albidi, polita; alia anthracini rugoſa.

1490. Coloris nigri pallide cœruleo maculati ad pagũ *Middlef.*

1491. Minoris moduli Specimen ejusdem coloris ad *Charltoniam* effoſſum.

1492. Majuſculum prope *StanVVick* in Northamptonia.

1493. Siliqvaſtro congener RICINUS; ſeu Siliqvaſtrum minus, inſtar ſeminis Phaſeoli *Act. Phil. Num.* 200. *fig*. 5. E fodinis *Stunsfeldianis*. *Colore ut cætera variat*.

1494. Specimina Limacis nigri corio obducta, è lapicidinis *Witneienſibus*. 1494.

1495. Ejusdem coloris faſciola albida fimbriatus; è fodinis *Charlt*.

1496 Coloris exalbidi, è lapicidinis *Uptonianis* juxta Burford.

1497. Ricino accedens Siliqvaſtrum umbonatum ſeu ſcutulatũ minimis adnumerandum *Stunsfeldia & Charltonia*. *

1498. Siliqvaſtrum umbonatnm longiuſculum. E lapicidina qvadam ad Caſtrum *Beverlianum*, apud *Gloceſtrenſes*.

1499. Siliqvaſtrum aſellarium ſeu minimum, Aſello in ſecto non nihil ſimile. E lapicidina *Charltoniana*.

1500. Siliqvaſtrum minimum punctulatum ARQVATULA dictum. *Marchamiæ tantum unum ſpecimen invenimus*. *

1501. Siliqvaſtrum Bufonitam orbiculatum minorem referens. E fodinis qvibusdam ad pagum *Middlefield*.

1502. Siliqvaſtrum minimum orbiculatum marmoreum; minutiſſimis punctulis conſperſum. E lapicidinis *Marchamenſibus*.

1503. Siliqvaſtrum litorale venoſum (venulis nimirum à centro dorſali undiquaque inſculptum) ſeu LIMACULUM corrugoſum. Ex æſtuario *Sabriniano* juxta *Pyrton Paſſage* à parte Orientali. *Elegantiſſima ſunt hujus litoris ob venoſam Scalpturam, ſiliqvaſtra; nigri aut fuſci coloris ſuperne; ſubtus margine anthracino marmoreo fimbriata. Hanc autem varietatem cujus tria habemus exemplaria, Limaculum diximus, eo qvod prima facie limacem nigrum paulo contractiorem non nihil referat*.

1504. Limaculi varietas depreſſior ſeu minus gibboſa. *ibid*.

1505. Siliqvaſtrum venoſum radiolare, nodulorũ ſerie in dorſo inſignitum: ſeu ſiliqvaſtrum à radioli textorii ſimilitudine Radius nodoſus dictum *ibid*.

1506. Radius minimus leviter inſculptus. E lapicidinis *Stunsfeld*. *Noſtra ſpecimina ſubviridis coloris ſunt: alius in aliis lapic. inveniri, non eſt dubitandum*.

1507. PUNCTULARIA minima mucronata. Ad pagum *Baſie's Leigh* invenimus ſed *rariſſime*.

1508. Siliqvaſtri lupinati ſeu vulgatioris ſpecimina, ex aeris inju-

*injuria*, *albedine* infecta, & qvodam-modo calcinata. E fodinis *Stunsfeldienſibus*.

1509. Varia ſiliqvaſtrorum fragmenta è fodinis *Garvordianis*, *Marchamenſibus*, *foſſilium imperitis à vulgatioribus calculis haud facile diſtinguenda*.

1510. Silqivaſtri auguſtioris arcuati & alterius cujusdam minoris in vulgares calculos transmutatio. E Sabuleto *Faringdoniano*.

1511. Siliqvaſtro accedens CARINULA. E lapicidina *Carltoniana*.

1512. Carinulæ affinis CORTICULARIA. Cum priore, ſed neutrius integra exemplaria hactenus videre licuit.

1513. Acuminatus lapillus laminaris, CULTELLARIA dictus. *Stunsfeldiæ* habuimus, ſed *rariſſime* occurrit. Siliqvaſtri vel alterius cujusdam Ichthyodontis radix videtur.

CLAS-

Tab. XII.

Jch

1605.



1656.



1611.



Tab. XII.

# Claſsis XII.
## Ichthÿospondÿli.

